

et ab aliis militibus, et ut sonus et fama tunc fuit per totam terram Gebiti, quod ipsi de Gebito tunc pro comuni acordaverunt se cum illo comite Enrico et acordum fecere cum eo et menam de centum et decem libris, et quod ille dominus habuit centum libras et X libras habuere milites, qui fuerunt cum eo pro servitio. Et ille meus dominus dixit mihi, quod inde habuit ex eis decem solidos et ita per eos milites fuere divisas illas X libras. Postea, scio ut sonus et publica fama fuit, quod predictus dux Saxonie dedit illud¹ honorem et illam iurisdictionem¹ Ulderico Sacheto² sicuti habebat in Gebito.

Walterius Dacen eo modo, ut dictum est, causa publicandi¹ productus a predictis¹ Thomasino in sua causa predicta, coram comite predicto similiter iuratus. Interrogatus testatus dixit item per omnia, quod Malanox, a quinquaginta annis infra, excepto quod non dixit, se scutifer¹ fuisse illius propinqui, cuius ille Malanox dixit; et addidit dixit, quod vidit comitem Lampertum et comitem Ottonem ita facientes in Gebito et placitum generale tenentes, ut comes Belloncus et comes Enricus de Bur, et quod ita vidi¹ eos recipi pro comuni Gebiti et pastum fieri eis pro comuni Gebiti, ut vidit fieri comiti Bellonco et comiti Enrico; iam sunt L anni et plus.

Postea predicto die Veneris, in domo filiorum domni Adelardini, in presencia predicti Vallariani de Castello, Albertini Adriani, Richardi predicti, Albregeti Mutii, testium ad hoc rogatorum. Ibique coram predicto comite predictus dominus Tomasinus et Isnardinus ac Albregetus similiter protulerunt causa publicandi Albertinum filium domni Garzapani, sicuti protulerunt Richardum³ et eo modo de predicto negotio. Qui Albertinus eo modo ibi causa publicandi¹, ut predictus Richardus, coram comite iuratus et ab eo comite interrogatus testatus dixit:

Ego scio, quod antea quam hec civitas combureretur, quod eram ultra montem cum imperatore Frederico in burgo de Wird, ubi tenebat curiam, et vidi tunc ibi Richardum de Sclandre, qui dicebat se nuncium domni Adelardini fore, et vidi patrem meum Garzapanum pro ipso loquentem imperatori et duci Enrico Saxonie, et vidi ibi sub papilionem¹ imperatoris, quod ille Richardus peciit ei imperatori et dicti⁴ ex parte

1) Sic!
der Zeugen.

2) Vgl. S. 579, Anm. 3.
4) Lies: *dicto duci*.

3) von Schlanders, der erste